N°. 26. *en ter ontwerping van een plan ter viering van het Eeuwfeest. Haarlem* bij *Joännes Enschedé en Zonen*, 1822.

3. Beschrijving der tentoonstelling van Boeken, door *Lourens Janszoon Koster* te Haarlem tusschen 1420 en 1440 gedrukt, alsmede van eenige merkwaardigheden, tot de geschiedenis van *Koster* betrekkelijk, bij gelegenheid van het vierde Eeuwfeest der uitvinding van de Boekdrukkunst, aan de bezoekers dier tentoonstelling uitgedeeld, met het *Bijvoegsel. Haarlem* 1823.

4. Berijmde haarlemmer courant, de beschrijving van het feest behelzende en op den dag der feestviering openlijk op de markt gedrukt en rondgedeeld.

5. Haarlems en kosters regt op de uitvinding der boekdrukkunst gehandhaafd tegen twee aanvallen in de *Arnhemsche Courant* en de *Bij. Haarlem* bij *Vt. Loosjes*, 1823.

Geschonken door den Bibliothekaris.

N°. 27.

H. tollens cz., j. l. nierstrasz junior en *a. beeloo*, feestzangen bij het vierde Eeuwgetijde van de uitvinding der Boekdrukkunst, uitgegeven door de Maatschappij van Fraaije Kunsten en Wetenschappen. Te *Leyden* bij *D. du Mortier en Zoon*, 1824.

In 8°.

N°. 28.

Johannes samuël van staveren, redevoering voor de kinderen der stads armenscholen, bij gelegenheid van het vierde Eeuwgetijde van de uitvinding der Boekdrukkunst door *Lourens Jansz. Koster* te Haarlem op 11 Julij 1823. *Haarlem* bij de Erven van *Francois Bohn*, 1823.

N°. 29.

12 volksliedekens op bekende wijzen, ter vervrolijking van *Lourens Jansz. Kosters* vierde Eeuwfeest, door *Democriet. Haarlem* bij *Vincent Loosjes*, 1823.

N°. 30.

Adriaan loosjes pietersz., laurens koster, *Tooneelstuk.* Te *Haarlem* bij *A. Loosjes Pz.*, 1809.

N°. 31.

1. Gedenkschriften wegens het vierde eeuwgetijde van de uitvinding der boekdrukkunst door lourens janszoon koster, gevierd te Haarlem op 10 en 11 Julij 1823, met platen. *Haarlem* bij *Vincent Loosjes*, 1824.

Hierin worden, buiten des uitgevers *Beschrijving der Feestviering*, de *Feestzangen* en andere stukken, de feestviering betreffende, ook gevonden:

In 8°.

N°. 31. Johannes henricus van der palm, *Revoering* ter dier gelegenheid.

Willem hendrik warnsinck bernardsz., *De uitvinding der Boekdrukkunst door L. J. Koster te Haarlem*, Zinnespel.

Rapport der Commissie tot onderzoek naar den waarschijnlijken tijd der uitvinding.

Abraham de vries, *Nieuwe Bijdragen* tot de geschiedenis der uitvinding.

Beschrijving der ten toon gestelde oude Drukwerken en Merkwaardigheden, tot Koster en zijne uitvinding betrekkelijk. Verbeterde druk.

2. Aanmerkingen op de gedenkschriften bovengenoemd. *'s Gravenhage* aan het bureau der 's Gravenhaagsche Courant, 1824.

N°. 32.

1. *J. pluim de jaager* en *d. bonné*, vrolijke liederen der drukkersgezellen te dordrecht, gezongen ter gelegenheid van hunnen feestvierenden optogt met eene rijdende en te gelijk werkende drukpers, des avonds van 10 Julij 1823, bij fakkellicht, op het vierde Eeuwfeest van de uitvinding der Boekdrukkunst door *L. J. Koster*. Te *Dordrecht* bij *Blussé en Comp.* en *J. de Vos en Comp.*, 1823.

2. *J. pluim de jaager*, morgenwandeling van laurens janszoon koster in den Hout bij *Haarlem*, anno 1423, *dichtstukje*, voorgelezen aan den maaltijd der leden van de *Vereeniging ter bevordering van de belangen des*

In 8°.
boekhandels, op 12 Julij 1823, na de feestviering van het vierde Eeuwgetijde der uitvinding van de Boekdrukkunst te Haarlem. *Dordrecht* bij *J. de Vos en Comp.*, 1823. No. 32.

3. *D.* BONNÉ, HET BOEKDRUKKEN, *boertende zamenspraak* tusschen Klaas, een zetter, en Jan, een drukker, ter eere van den uitvinder dier kunst *Laurens Janszoon Koster*, bij gelegenheid van het vierde Eeuwfeest op 10 Julij 1823. Te *Dordrecht* bij *Blussé en Comp.* en *J. de Vos en Comp.*, 1823.

N°. 33.

J. S. SWAAN, HET VIERDE EEUWGETIJDE VAN DE UITVINDING DER BOEKDRUKKUNST, gevierd 10 Julij 1823 door het *Hoornsche* Departement der Maatschappij *tot Nut van 't Algemeen*. *Amsterdam* bij *A. Vink*, 1823.

N°. 34.

1. *Jan* ROEMER, Leerrede over HET BELANGRIJKE EN HEILZAME VAN DE UITVINDING DER BOEKDRUKKUNST DOOR *Laurens Jansz. Koster* VOOR HET CHRISTENDOM, uitgesproken te *Leiden* 20 Julij 1823. *Leiden* bij *D. du Mortier en Zoon*, 1823.

2. DE VIERING VAN HET VIERDE EEUWFEEST DER BOEKDRUKKUNST TE HAARLEM, den 10 en 11 Julij 1823. Te *Haarlem* bij *Met en Meylink*, 1823.

In 8°.

No. 34. 3. *J. A. M. de Sulkowski*, VIERHONDERDJARIG JUBELFEEST VAN DE UITVINDING DER BOEKDRUKKUNST door *L. J. Koster*, gevierd te *Haarlem* 10 en 11 Julij 1823. *Amsterdam* bij de Gebroeders *Diederichs*, 1823.

N°. 35.

TYPOGRAPHIA oder die BUCHDRUCKERKUNST EINE ERFINDUNG DER DEUTSCHEN, bei gelegenheit der vierten Harlemer secularfeier zur ehre dieser kunst. *Essen* bei *G. D. Bädeker*, 1823.

N°. 36.

TYPOGRAPHIA of BETOOG, DAT DE BOEKDRUKKUNST EENE UITVINDING DER DUITSCHERS IS, uitgegeven bij gelegenheid van de viering van het vierde Eeuwfeest dier kunst te Haarlem, uit het Hoogduitsch vertaald door *G. H. M. Delprat*, met een ophelderend en wederleggend naschrift van den vertaler. Te *Franeker* bij *G. Ypma*, 1823.

N°. 37.

Jean Frederic Lichtenberger, HISTOIRE DE L'INVENTION DE L'IMPRIMERIE, pour servir de défense à la ville de *Strasbourg* contre les pretentions de Harlem, avec une préface de *J. G. Schweighaeuser*, accompagnée d'un portret de *Gutenberg* et de 8 planches

In 8°.

originales, gravées sur bois. *Strasbourg* chez *Jean Henri Heitz*, 1825. No. 37.

N°. 38.

FRIEDRICH LEHNE, EINIGE BEMERKUNGEN über das unternehmen der gelehrten gesellschaft zu *Harlem*, ihrer stadt die ehre der Erfindung der Buchdruckerkunst zu ertrotzen. *Mainz* bei *Florian Kupferberg*, 1823.

N°. 39.

FR. AD. EBERT, NIEUW ONDERZOEK NAAR DE AANSPRAAK VAN HOLLAND OP DE UITVINDING DER BOEKDRUKKUNST, uit het Hoogduitsch vertaald door *Jacobus Koning*, met een voorrede en aanmerkingen van den vertaler, en *JACOBUS KONING*, BRIEF wegens het geschrift van *Friedrich Lehne* over hetzelfde onderwerp. *Haarlem* bij de Wed. *A. Loosjes Pz.*, 1825.

N°. 40.

FRIEDRICH LEHNE, HISTORISCH-CRITISCHE PRÜFUNG der ansprüche, welche die stadt Harlem auf den ruhm der erfindung der Buchdruckerkunst macht, durch beleuchtung der ansichten ihrer vertheidiger des Herrn *Ebert*, und des Herrn *Koning*. *Mainz* bei *Florian Kupferberg*, 1827.

In 8°.

N°. 41.

N. Müller, BESCHREIBUNG DES FESTES DEM ANDENKEN DES ERFINDERS DER BUCHDRUCKERKUNST JOHANN GENSFLEISCH ZUM GUTENBERG, gefeiert in Mainz am 4 Okt. 1824 bei gelegenheit der einweihung des ihm gesetzten Denksteins. *Mainz* bei *Florian Kupferberg*, 1824.

N°. 42.

N. Müller, LIEDERN AM WEIHUNGSFESTE DES ZU EHREN GUTENBERGS ERRICHTETEN DENKSTEINS im hofe zum *Gutenberg* in *Mainz* 1824, mit die *abbildung des denksteins*, und eine extra beilage des VEREINSBLATTES, die beschreibung der errichtung des standbildes *Gutenbergs* im garten des *Gutenbergischen* hauses 4 Oct. 1827 enthaltend, mit die reden und poësien der Herren *Lehne*, *Schaab*, *Huguier* und *Le Roux*. *Mainz* bei *Theodor von Zabern*, 1827.

N°. 43.

G. H. M. Delprat, Dissertation SUR L'ART TYPOGRAPHIQUE, contenant un apperçu historique de ses *progrès durant le XVe et le XVIe siècle*, et des recherches sur l'influence de cet art sur les lumières de l'espèce humaine, mémoire couronné par la *Société Provinciale des Arts et des Sciences à Utrecht.* à *Utrecht* chez *J. Altheer*, 1820.

In 8°.

N°. 44.

1. *WILLEM HENDRIK JACOB VAN WESTREENEN*, KORTE SCHETS VAN DEN VOORTGANG DER BOEKDRUKKUNST IN NEDERLAND in de XVe en hare verdere volmaking in de XVIe en XVIIe eeuw. *'s Gravenhage* bij de Gebroeders *van Cleef*, 1829.

2. ——— ——— ——— ——— ——— ——— DE INVOERING DER BOEKDRUKKUNST TE 'S GRAVENHAGE. (uit den Letterbode). *Haarlem* bij *Vt. Loosjes*, 1828.

N°. 45.

1. *J. F. WILLEMS*, BERICHT WEGENS DE ANTWERPSCHE BOEKPRINTERS DER VIJFTIENDE EEUW en den drukker van het *Breviarium Tornacense*. *Antwerpen* bij de Wed. *J. S. Schoesetters*, 1828.

2. *JACOBUS KONING*, AAN DE REDACTIE VAN HET TIJDSCHRIFT DE VRIEND DES VADERLANDS, of tegenbedenkingen tegen het bovengemelde bericht. *Amsterdam*, 1828.

3. *J. F. WILLEMS*, BIJDRAGE TOT DE GESCHIEDENIS DER BOEKDRUKKUNST IN ANTWERPEN, of wederlegging van bovengenoemde tegenbedenkingen van den Heer *Koning*. *Antwerpen* bij de Wed. *J. S. Schoesetters*, 1828.

In 8°.

N°. 46.

NOTICE SUR COLARD MANSION, libraire et imprimeur de la ville de *Bruges* en Flandre dans le quinzième siècle; avec des tabb. lithograph. à *Paris* de l'imprimerie de *Crapelet* chez *de Bure* Frères, 1829.

N°. 47.

(*JEAN FELICISSIME ADRY*) Notice SUR LES IMPRIMEURS DE LA FAMILLE DES ELZÉVIERS. à *Paris* chez *Delance*, 1806.

N°. 48.

ANGELUS MARIA BANDINIUS, DE FLORENTINÂ JUNTARUM TYPOGRAPHIÂ EJUSQUE CENSORIBUS. *Lucae* typis *Francisci Bonsignori*, 1791. 2 tom. 1 vol.

N°. 49.

MICHAËLIS MAITTAIRII HISTORIA TYPOGRAPHORUM ALIQUOT PARISIENSIUM, eorum vitas et libros complectens. *Londini* apud *Christophorum Bateman* typis *Guilielmi Bowyer*, 1717. chart. maj. 2 tom. 1 vol.

N°. 50.

MICHAËLIS MAITTAIRII HISTORIA STEPHANORUM, vitas ipsorum ac libros complectens, cum figg. *Londini* typis *Benjaminis Motte* impensis *Christophori Bateman*, 1709. chart. maj. 2 tom. 1 vol.

In 8°.

N°. 51.

THEODORI JANSSONII AB ALMELOVEEN Dissertatio Epistolica DE VITIS STEPHANORUM, cui subjecta est *HENRICI STEPHANI* ARTIS TYPOGRAPHICAE QUERIMONIA et DE STATU SUAE TYPOGRAPHIAE Epistola. *Amstelodami* apud *Janssonio-Waasbergios*, 1683.

N°. 52.

(*FRANÇOIS XAVIER LAIRE*) Dissertation SUR L'ORIGINE ET LES PROGRÈS DE L'IMPRIMERIE EN FRANCHE COMTÉ pendant le quinzième siècle. à *Dole* de l'imprimerie de *Joseph François Xavier Joly*, 1785.

N°. 53.

CONYERS MIDDLETON, Dissertation SUR L'ORIGINE DE L'IMPRIMERIE EN ANGLETERRE, traduit de l'Anglais par *D. G. Imbert*. à *Paris* chez *D. C. Couturier*, 1775.

N°. 54.

JOHN LEWIS, THE LIFE OF WYLLYAM CAXTON, the first printer in England, in wich an Account of the Rise and Progress of the Art of Pryntyng in England, during his time, till 1493. *London*, 1737.

N°. 55.

J. JOHNSON: TYPOGRAPHIA, or the PRIN-

In 8°.

N°. 55. TERS INSTRUCTOR, including an account of the *origin of printing*, with Biographical notices of the Printers of *England* from *Caxton* to the close of the sixteenth century. *London* by *J. Johnson*, 1824. 2 vol. large paper.

N°. 56.

(*GIOSEFFO*) *VERNAZZA*, Barone del Freney, OSSERVAZIONI TIPOGRAFICHE sopra libri impressi in *Piemonte* nel secolo XV. *Bassano* Tipografia *Remondiniana*, 1807.

N°. 57.

(*GIOSEFFO*) *VERNAZZA*, DELLA TIPOGRAFIA IN ALBA nel secolo XV. *Torino* da *Vincenzo Bianco*, 1815.

N°. 58.

J. NIESERT, BEITRÄGE ZUR BUCHDRUCKERGESCHICHTE MUNSTERS, oder verzeichnisz der vom 1486 bis 1700 zu Münster gedruckten Bücher, mit einer steintafel. *Coesveld* bei *Bernard Wittneven*, 1828.

N°. 59.

JOHANNIS GEORGII SCHELHORNII AMOENITATES LITERARIAE, quibus variae observationes, scripta quaedam anecdota et rariora opuscula exhibentur. *Francofurti* et *Lipsiae* apud *Daniëlem Bartholomaei et filium*, 1730-1731. 14 tom. 7 vol.

In hoc opere plurimae inveniuntur dissertatiunculae de rebus Typographicis et Bibliographicis, veluti: In 8°. N°. 59.

Tomo I°. *Notitia libri rarissimi*, sub ipsis Typographiae primordiis excusi.

Tom. II. Dissertatio *de libris rarioribus* et variis raritatis eorum causis.

Tom. III. Memorabilia Bibliothecae perillustris *Raymundi de Krafft*.
ANTONII MAGLIABECHII *Catalogus librorum* Arabicorum, Persicorum, Turcicorum et Hebraïcorum, Astronomicorum, Medicorum, Historicorum et Philosophicorum *Bibliothecae Mediceae*.

Tom. IV. *Notitia rarissimi* cujusdam primigeniae Typographiae *monumenti*.
De artis typographicae originibus.

Tom. V. PETRI LAMBECII *Catalogus Manuscriptorum* Codicum Graecorum profanorum *Bibliothecae Caesareae Vindobonensis*.
Dissertationis *de libris rarioribus* continuatio.

Tom. VII. Dissertatio *de libris combustis*.

Tom. VIII. Schediasma *de variis poenis*, *in libros statutis*.
Dissertatio I[a]. *de libris publicâ auctoritate combustis*.

Tom. IX. Dissertatio II[a]. *de libris publicâ auctoritate combustis*.
Analecta ad hanc dissertationem.
De primitiis Typographicis Harlemensibus et Uffenbachianis.

In 8°.

N°. 60.

Johannis conradi zeltneri, correctorum in typographiis eruditorum centuria. *Norimbergae* sumtibus et typis *Adami Jonathanis Felseckeri*, 1716.

N°. 61.

Gerardi meerman et doctorum virorum ad eum Epistolae atque Observationes de chartae vulgaris seu lineae origine cum praefatione editoris *Jacobi van Vaassen. Hagae Comitum* apud *Nicolaum van Daalen*, 1767.

N°. 62.

Charles antoine de la serna santander, dictionnaire bibliographique choisi du quinzième siècle, ou description des éditions les plus rares du quinzième siècle, précédé d'un Essai historique *sur l'origine de l'imprimerie*, avec une notice des imprimeurs, qui ont exercé cet art jusqu'à l'an 1500. à *Bruxelles* de l'imprimerie de *J. Parte* et de *G. Huyghe*, 1805 - 1807. 3 vol.

N°. 63.

Charles antoine de la serna santander, catalogue des livres de sa bibliothèque avec des notes bibliographiques et littéraires. *Bruxelles* 1803. 4 vol.

In 8°.

N°. 61.

1. *CHARLES ANTOINE DE LA SERNA SANTANDER*, SUPPLEMENT AU CATALOGUE DES LIVRES DE SA BIBLIOTHÈQUE, contenant observations sur *le filigraine du papier* des livres imprimés dans le XVme siècle. Avec des figg. *Bruxelles* 1803.

2. ——— ——— —— —— ———

——— Mémoire SUR L'ORIGINE ET LE PREMIER USAGE DES SIGNATURES ET DES CHIFFRES dans l'art typographique. *Bruxelles* des presses d'*Armand Gaborria*, 1796.

3. ——— ——— —— —— ———

——— PRAEFATIO HISTORICO-CRITICA in Collectionem veterum Canonum ecclesiae *Hispanae* ab *Isidoro Hispalensi*, ut creditur, adornatam, postea ab aliis Hispanis patribus auctam, e pluribus Codd. Mss. erutam et ad eorum fidem castigatam studio et operâ *Andreae Burriel*, accuratissime exscriptam et variantibus lectionibus ornatam; cum additamento, Gallice scripto. *Bruxellae* ex typographiâ *Armandi Gaborria*, 1800.

N°. 65.

CHARLES ANTOINE DE LA SERNA SANTANDER, MÉMOIRE HISTORIQUE SUR LA BIBLIOTHÈQUE dite *de Bourgogne*, presentement Bibliothèque publique de Bruxelles. *Bruxelles* de l'imprimerie de *A. J. D. de Braeckenier*, 1809.

In 8°.

N°. 66.

Augusti Beyeri, memoriae historico-criticae librorum rariorum, acc. *Evangeli Cosmopolitani* notae ad *Joannis Burchardi Menckenii* declamationes *de Charlataneriâ eruditorum*. *Dresdae* et *Lipsiae* apud *Fridericum Hekel*, 1734.

N°. 67.

Theophili Sinceri, bibliotheca historico-critica librorum opusculorumque variorum et rariorum. *Norimbergae* typis haeredum *Adami Jonathani Felszeckeri*, 1736.

N°. 68.

Johannis Vogt, catalogus historico-criticus librorum rariorum. *Hamburgi* sumtibus *Christiani Heroldi*, 1747.

N°. 69.

Friderici Gotthilfii Freytag, analecta literaria de libris *rarioribus*. *Lipsiae* in officinâ *Weidmannianâ*, 1750.

N°. 70.

Friderici Gotthilfii Freytag, apparatus literarius, ubi libri, partim *antiqui*, partim *rari*, recensentur. *Lipsiae* ex officinâ *Weidmannianâ*, 1752 et 1753. 2 tom.

In 8°.

N°. 71.

Melchior Ludwig Widekind, AUSFÜHRLICHES VERZEICHNIS VON RAREN BÜCHERN, mit historischen und kritischen anmerkungen. *Berlin* bei *A. Haude* und *J. C. Spener*, 1753 - 1755. 4 stück. 2 band.

N°. 72.

J. B. L. Osmont, DICTIONNAIRE TYPOGRAPHIQUE, HISTORIQUE ET CRITIQUE des livres rares, singuliers, estimés et recherchés. *Paris* chez *Jaques Lacombe*, 1768. 2 vol.

N°. 73.

1. *Gabriel Naudé*, ADVIS POUR DRESSER UNE BIBLIOTHÉQUE. à *Paris* chez *Rolet le Duc*, 1644.

2. *Lovys Jacob*, TRAICTÉ DES PLUS BELLES BIBLIOTHÉQUES publiques et particulières, qui ont esté et sont à present dans le monde. à *Paris* chez *Rolet le Duc*, 1644. 2 part. 2 vol.

N°. 74.

(*Pierre*) *le Gallois*, TRAITTÉ DES PLUS BELLES BIBLIOTHÉQUES DE L'EUROPE, des premiers livres, qui ont été faits, de l'invention de l'Imprimerie, des Imprimeurs, des livres perdus et recouvrez, avec une methode

In 8o.
No. 74. pour dresser une bibliothéque. à *Paris* chez *Estienne Michalet*, 1680.

N°. 75.

DANIËLIS MAICHELII, Introductio ad Historiam Literariam DE PRAECIPUIS BIBLIOTHECIS PARISIENSIBUS, locupletata annotationibus atque methodo recti usus Bibliothecarum, et Bibliothecariorum Parisiensium notitiâ. *Cantabrigiae* typis Academicis, impensis *Cornelii Crownfield*, 1721.

N°. 76.

ANTOINE AUGUSTIN RENOUARD, CATALOGUE DE LA BIBLIOTHÉQUE D'UN AMATEUR, avec notes Bibliographiques, critiques et littéraires. à *Paris* chez l'auteur, 1819. 4 tom. 2 vol.

N°. 77.

JACQUES CHARLES BRUNET, MANUEL DU LIBRAIRE ET DE L'AMATEUR DE LIVRES. *Bruxelles* de l'imprimerie de *H. Remy*, 1821. 4 vol.

N°. 78.

GABRIËL PEIGNOT, DICTIONNAIRE RAISONNÉ DE BIBLIOLOGIE avec le supplément. *Paris* chez *Villier*, 1802 - 1804. 3 vol.

N°. 79.

GABRIËL PEIGNOT, RÉPERTOIRE BIBLIOGRAPHIQUE UNIVERSEL. *Paris* chez *Antoine Augustin Renouard*, 1812.

In 8°.

N°. 80.

GABRIËL PEIGNOT, VARIÉTÉS, NOTICES ET RARETÉS BIBLIOGRAPHIQUES. *Paris* chez *Ant. Aug. Renouard*, 1822.

N°. 81.

GABRIËL PEIGNOT, MANUËL DU BIBLIOPHILE, ou traité du choix des livres. à *Dyon* chez *Victor Lagier*, 1823. 2 vol.

N°. 82.

CATALOGUS praestantissimi thesauri librorum, typis vulgatorum et manuscriptorum *Joannis Petri de Ludewig*, cum notis *Joännis Davidis Michaëlis* et praefatione *Christiani Wolfii. Halae Magdeburgicae*, sumtibus Bibliopolii *Lüderwaldiani*, 1745. 4 tom. 2 vol.

N°. 83.

CATALOGUS DER BIBLIOTHEEK VAN TEIJLERS STICHTING te Haarlem, vervaardigd door den Bibliothecaris derzelve, *MARTINUS VAN MARUM*. *Haarlem* bij de Wed. *A. Loosjes Pz.*, 1826.

Geschonken door Heeren Directeuren van Teijlers stichting.

N°. 84.

CATALOGUS DER BIBLIOTHEEK VAN TEIJLERS STICHTING, door *M. VAN MARUM*,

In 8°.
N°. 84. tweede vermeerderde uitgave. *Haarlem* bij de Wed. *A. Loosjes Pz.*, 1832.

Geschonken door Directeuren voornoemd.

N°. 85.

JOÄNNES ENSCHEDÉ, PROEF VAN LETTEREN, die in zijne lettergieterij gegoten worden, met een voorberigt over de *kunst van letterstempelsnijden* en eenige der uitmuntendste kunstenaars in dat vak, bijzonder *Joän Michaël Fleischman*, met pl. en portretten. *Haarlem* bij *Joännes Enschedé*, 1768.

Geschenk van den uitgever.

N°. 86.

AUGUST GOTTLIEB PREUSCHEN, GRUNDRISZ DER TYPOMETRISCHEN GESCHICHTE, oder die kunst landcharten, wie bücher und musikalien mit beweglichen typen zu setzen und zu drucken. *Basel* bey *Johann Schweighauser*, 1778.

Hisce, praecedenti Catalogi parte jam typis descriptâ, accesserunt:

N°. 87.

C. A. SCHAAB, DIE GESCHICHTE DER ERFINDUNG DER BUCHDRUCKERKUNST durch *Johann Gensfleisch* genannt *Gutenberg* in *Mainz* pragmatisch aus den quellen bearbeitet, mit

In 8°.

mehr als dritthalb hundert noch ungedruckten urkunden, welche die Genealogie *Gutenberg's*, *Fust's* und *Schöffer's* in ein neues licht stellen. Mit die bild. von genannter drei männer. *Mainz* bei *F. Kupferberg*, auf kosten des verfassers, 1830 - 1831. 3 theilen. No. 87.

N°. 88.

ERNEST LEGOUVÉ, LA DÉCOUVERTE DE L'IMPRIMERIE, pièce de vers, qui a remporté le prix de Poésie décerné par l'Académie Française en 1829, précédée du rapport sur le concours de Poésie de la même année. *Paris* chez *Firmin Didot* frères, 1829.

N°. 89.

(*JOSEPH BASILE BERNARD VAN PRAET*, Bibliothècaire de la bibliothèque royale, auteur de la *Notice sur Colard Mansion*) RECHERCHES SUR LOUIS DE BRUGES seigneur de Gruthuyse, suivies de la notice des manuscrits, qui lui ont appartenu, et dont la plus grande partie se conserve à la Bibliothèque du Roi. à *Paris* de l'imprimerie de *Crapelet*, chez *de Bure* Frères, 1831.

N°. 90.

JOHANNES TIBERIUS BODEL NYENHUIS, DE JURIBUS TYPOGRAPHORUM ET BIBLIOPOLARUM IN REGNO BELGICO. *Lugduni Batavorum* apud *Samuëlem* et *Joännem Luchtmansios*, 1819.

ARTIS TYPOGRAPHICAE PRIMA RUDIMENTA

SIVE

ANTIQUISSIMA DOCUMENTA.

quae cum nonnullis, *LAURENTII COSTERI* historiam illustrantibus, documentis, in curiae Harlemensis conclavi, *sacristiâ* dicto, asservantur, ibique cuivis, hospiti vel civi, ea visendi cupido, quotidie, die dominicâ exceptâ, conspicienda prostant, inclusa cistulis cum vitreis operculis.

I.

XYLOGRAPHICA,

SIVE

ARTIS TYPOGRAPHICAE

TABULARIS

MONUMENTA VETUSTISSIMA.

IN QUARTO.

In Q°. N°. 1.

HISTORIA S. JOÄNNIS EVANGELISTAE EJUSQUE VISIONIS APOCALYPTICAE, expressa ta-

In Q°.
No. 1?

bulis xylographicis figuratis, coloratis, anopistographis, cum expositionibus et sententiis ex Apocalypsi, medias inter figuras dispersis.

Opus integrum, constans foliis 48, ab unâ tantum parte impressis, et quidem alternatim vel dextro vel sinistro folii latere, ita ut primi folii tabula cum tabulâ secundi unam constituat duplo majorem tabulam, et vacua secundi folii pagina, vacuae sequentis folii paginae opposita, cum hac conglutinari, atque eo modo ex hisce anopistographis tabulis liber confici possit, solito more comparatus, omnesque paginas aequaliter impressas referens. Fuit autem haec artis typographicae inventori prima libros suos componendi ratio, ob preli, quo utebatur, simplicissimi, ad hanc rem minus accommodati, vitium, tantâ vi figurarum literarumque notas in chartam imprimentis, ut hae in altero chartae latere prominerent, ibique paginam efficerent asperam et salebrosam, non aptam impressioni, imagines quippe et literas utrobique deformes atque confusas reddituræ. Quapropter, referente JUNIO, » *id observatum fuit inter prima artis incu-* » *nabula, ut paginae aversae, glutine commissae,* » *cohaerescerent, ne illae ipsae vacuae deformitatem* » *adferrent.* »

Quadraginta tria folia duas singula icones, alteram supra alteram positas, quinque reliqua unam tantummodo, sed duplo majorem, magnitudinis integrae paginae, exhibent, ita ut duo folia impressa, sibi invicem opposita, unam magnam quadripartitam vel tripartitam aut bipartitam tabulam constituant, quarum quaevis (24 sunt numero) literâ Alphabethi A-Z, medias inter imagines impressâ, insignita est.

Charta libri crassior, figurae rudes, atramentum pallidum, colores negligentissime inducti, sive potius injecti sunt. Insignia, chartae infusa, officinae char-

In Q°.
N°. 1.

tariae, e quâ charta prodiit, indicia, sunt eadem, quae plurimis in libris manuscriptis, seculo decimo quinto ineunte, hac in regione exaratis, praesertim in tabulis aerarii publici civitatis Harlemensis, accepta et impensa annorum 1420 - 1440 memorantibus, conspiciuntur.

E quibus omnibus harum rerum peritissimus judex, JACOBUS KONINGIUS, hunc librum primae variorum, quae feruntur, hujus operis editionum exemplar, atque artis Xylographicae vel typographiae tabularis unum omnium vetustissimum monumentum esse statuit.

Praefixa est volumini COSTERI imago sive statua, aeri incisa ab ADRIANO ROMANO ad exemplar tabulae pictae PETRI SAENREDAMII, cum subscripto epigrammata Latino et Belgico PETRI SCRIVERII, et hac inscriptione:

M. S.
viro Consulari
LAURENTIO COSTERO
Harlemensi,
Altero Cadmo et artis
Typographicae circa
Annum Domini
MCCCCXXX
Inventori primo,
bene de Literis ac
toto Orbe merenti,
hanc Q. L. C. Q. statuam, quia aeream non habuit, pro monumento posuit Civis gratiss.
ADRIANUS ROMANUS
A°. MDCXXX.

Plura de hoc libro qui velit, consulat MEERMANNUM *Origin. Typogr.* P. I. pagg. 234 et seqq. DE

In Q°. No. 1.

BRUYN *Geschied. der stad Haarlem*, pag. 276 et seq. HEINEKEN *Nachrichten*, Tom. II. pag. 157 et seqq. et *Idée Générale d'une Collection complette d'estampes*, tab. X. pag. 334. DE LA SERNA SANTANDER *Dictionnaire Bibliographique choisi*, Vol. III. pag. 43 et seq. LAMBINET *Origine de l'imprimerie*, Tom. I. pag. 61. JANSEN *Essai sur l'origine de la gravure en bois*, *cet.* Tom. I. tab. III. pag. 90. *Bibliotheca Spenceriana*, Vol. I. pag. 7. N. 3. KONING *Verhandeling over de Boekdrukkunst*, pag. 96 & 97, *Bijdragen* I. pag. 13-23. OTTLEY *An inquiry in to the origin and early History of engraving upon Copper and in wood*, *cet.*, aliosque.

N°. 2.

ARS MORIENDI sive DE TENTATIONIBUS MORIENTIUM seu TENTATIONES DAEMONUM in tabulis xylographicis, figuratis, non coloratis, anopistographis, cum separatim additâ explicatione et insertis medias inter iconismorum figuras sententiolis.

Auctor libri a BARBIËRIO in *Lexico Anonymorum et Pseudonymorum* nominatur MATTHAEUS CRACOVIENSIS, sive potius *Chrochoviensis*, non enim *Cracoviae*, sed in *Chrochoviae* arce, in *Pomeraniâ*, erat natus seculo XIV°. medio, a°. 1405 ad Episcopatum *Wormatiensem* et dignitatem Cardinalis evectus, et mortuus a°. 1410; sed quânam auctoritate huic viro doctissimo libellus tribuendus sit, non indicavit BARBIËRIUS.

Variae hujus operis a Bibliographis memorantur editiones, quarum primae exemplar hic liber esse censetur doctissimo KONINGIO aliisque rei typographicae peritis, neque alterum ejusdem editionis exemplar alibi exstare videtur, praeter unicum frag-

In Q°.
N°. 2.

mentum trium tabularum, quod *Francofurti ad Moenum* in Bibliothecâ publicâ servatur.

Opusculum mutilum. Integrum constat 24 tabulis, quarum duae priores praefationem continent, reliquarum pars altera dimidia iconismos, altera, his opposita, singulae singulis, iconismorum in oppositâ paginâ interpretationem; sed desunt huic exemplari 8 tabulae, 4 figuratae et 4 cum textu.

Iconismi proponunt oculis moribundum, in lecto decumbentem, alternatim in alterâ tabulâ figuratâ a pravis daemonibus variis modis tentatum, in alterâ ab angelis sanctisve ad fidei constantiam excitatum, e quorum admonitorum et tentatorum ore diversae sententiae prodeuntes medias inter imagines sunt expressae, aplustribus insertae.

Quae hic inveniuntur 16 tabulae sive folia, ordine turbato ligata, sunt singula, uno excepto, glutine juncta chartae albae, non, ut refert MEERMANNUS (*Origin. Typogr.* P. I. pag. 232 in notâ), 4 exceptis, bina, unum alteri, agglutinata. In unico folio non glutinato, partem textûs exhibente, sub ultimâ literarum lineâ haec verba manu perantiquâ literis minusculis scripta leguntur:

» *Dit is een druck van de eerste drucker, doen*
» *de druckery eerst tot Harelem wert geuonden*
» *of begonnen* »

Idem illud folium signatum est literâ K majori, singulari tabellâ infra textum, in medio marginis, alio atramenti genere impressâ; et videntur reliqua folia dextra, textum continentia, eodem modo literâ quâdam alphabethi fuisse distincta. In iis saltem tabulis cum textu, quarum inferior marginis pars satis integra superest, adhuc conspicitur vestigium quoddam talis tabellae literalis, frequenti libri tractatione detritae. Nec vanam conjecturam quis dixerit, hasce foliorum notas, seriori demum tempore, in usum

bibliopegi nonnullis exemplaribus fuisse adimpressas. In Q°. No. 2.

Literae initiales in tabulis, textum exhibentibus, tenui linearum ductu sunt adumbratae, ut, more istius aevi in manuscriptis, variis coloribus pingi atque ornari possent.

Forma figurarum elegantior, pictura sive delineandi ratio peritior est, sed non ejusdem, ut videtur, delineatoris, qui iconismos supra memorati libelli Johannei effinxit. Sculptura xylographica majori curâ et arte facta, literarum forma pulchrior et ipsum typographicum sive impressionis opus dexterius atque concinnius artificem testantur jam aliquatenus exercitatiorem.

Porro chartae genus et infusa signa, atramenti pallor singularis, literarum formae, Batavorum seculo XV°. scripturae simillimae, et qui postea, eodem tamen seculo, factus est pinacum lignearum figuratarum hujus libelli usus in aliis libris, a nostratibus typographis editis, libello patriam Hollandiam vel Belgium, aetatem primum seculi decimi quinti trientem adsignant.

Compactus est liber eodem volumine, quo *Historia* sive *Providentia virginis Mariae* et *Speculum humanae salvationis*, de quibus mox fiet mentio, et praefixa volumini eadem COSTERI effigies sive statua, quae libro *Johanneo* supra memorato, et hicce, insignibus civitatis Harlemensis ornatus, titulus:

Liber
Tabularum ligno incisarum
a
LAURENTIO COSTERO
Harlemensi
circa annum salutis humanae MCCCCXXVIII.

In Q°.
N°. 2.

Figuren
ende
Taeffelen in Hout ghesneden
by
LAURENS JANSZ KOSTER
omtrent den jaere MCCCCXXVIII.

Pluribus de hoc libro egerunt CLEMENT *Bibl. curieuse*, Tom. II. pag. 143-146, MEERMANNUS *Orig. Typogr.* P. I. pag. 231, DE BRUYN *Beschr. van Haarlem*, pag. 273, HEINEKEN *Nachrichten*, Tom. II. pag. 207 et seqq. *Neue Nachrichten*, pag. 146 et 147, *Idée generale*, pag. 399 et seqq. *Catal. de la Vallière*, Tom. I. N. 591 et 592, ZAPFF *Augsb. Buchdruckergesch.* Tom. I. pag. 146. DE LA SERNA SANTANDER *Dict. Bibl.* Tom. I. pag. 291, Tom. II. pag. 102 et 105, JANSEN *de l'invention de l'Impr.* pag. 351. LAMBINET *Orig. de l'Impr.* Tom. I. pag. 61 et seqq. *Bibliotheca Spenceriana*, Vol. I. pag. XV. N. 4. pag. XXIV. N. 4. J. KONING *Verhandeling*, pag. 99-105, OTTLEY *An inquiry* cet.

N°. 3.

HISTORIA seu PROVIDENTIA VIRGINIS MARIAE EX CANTICO CANTICORUM, exposita tabulis xylographicis figuratis, non coloratis, anopistographis, singulis cum duobus iconismis, altero supra alterum positis, quibus intermixti sunt versiculi *Cantici Salomonei*, imaginum interpretationi inservientes, fasciis vel aplustribus expansis et medias inter figuras inflexis incisi.

Opusculum plenum constare debet 16 tabulis, quarum 7 huic exemplari desunt IIIa., IVa., VIIa., XIa., XIIIa., XVa. et XVIa. Quae hoc libello continentur 9, a posteriori parte agglutinatae sunt chartae albae. In Qo. No. 3.

Melior in his tabulis iconum dispositio, major lineamentorum elegantia, aequabiliores et integriores figurarum et linearum ductus et dexterius atque accuratius impressionis opus artis jam magis excultae certissima sunt indicia. Idem libellus postea in Germaniâ repetitus est, rudi et sordidâ elegantis operis imitatione, teste MEERMANNO, qui utramque editionem accuratissime alteram cum alterâ comparavit.

Hujus primae et genuinae editionis non alterum exemplar superesse videtur, praeter illud integrum et pulcherrimum, quod in illustri *Rendorpiorum* familiâ diu servatum, in quarto inventae Typographiae festo seculari publice expositum, jam, proh dolor! in Angliam venumdatum migravit.

Primum folium insignitum est hocce titulo, eodem, quo cetera charactere vel literâ expresso, et in ipsâ primi iconismi areâ incluso:

» *Dit is die voersienicheit vā Marie der mod'*
» *Godes En is gehetē in latin Cāti.* »

Atque haec inscriptio Belgica dialecti Hollandicae seculi XIVi. et XVi. et chartae signa eadem, quae in manuscriptis chartaceis illius aevi, in Hollandiâ exaratis, inveniuntur, et atramenti genus atque pallor, et forma literarum, nostratibus illâ aetate scribentibus usitata, et delineandi stilus atque imaginum ac figurarum conformatio, plane tales, quales in picturis nostratium, Breviaria et Horaria illorum temporum ornantibus, conspiciuntur, et rerum effictarum cultus atque apparatus, inprimis autem in humano vultu habituque gentilitius character, et ipsa denique

In Q°.
N°. 3.

provinciae *Hollandiae* et Belgii hujus Septemtrionalis urbium *Lugduni* atque *Ultrajecti* et nonnullorum Hollandiae Nobilium insignia, in tabulis IVª., VIª., XIIIª. et XVª. efficta, tam evidenter patriam et aetatem libri indicant, ut de his qui dubitet, vel de certissimis dubius haereat.

Libellus in volumine, quo continetur, locum occupat ordine secundum, medium inter *Artem Moriendi* et Latinum *Speculi humanae salvationis* exemplar.

Praefixus est libello idem fere titulus, qui praecedenti, sed ornatus COSTERI imagine sive statuâ, ligno incisâ ad exemplar aeneae ROMANI tabulae, de quâ dictum est, et annum referens 1430.

De hoc opusculo conferri possunt MEERMANNI *Orig. Typogr.* Part. I. pag. 228. DE BRUYN *Gesch. der stad Haarlem*, pag. 275. HEINEKEN *Nachrichten*, Th. II. pag. 189 et seqq. *Idée Générale*, pag. 375. *Catal. raison. de Crevenna*, Vol. VI. pag. 308 et 309. *Catal. de Crevenna* 1789, Vol. I. N. 177. *Merkwürdigen Wiens*, Febr. 1727. pag. 110. LAMBINET *Orig. de l'Impr.* Tom. I. pag. 61, 62, 64, 69, 74, 193, *Biblioth. Spenc.* Vol. I. pag. XXXVI., N. 6. pag. XLII. et XLIII., KONING *Verhand.* pag. 105-110.

II.

TYPOGRAPHIAE VULGARIS

SIVE

ARTIS IMPRIMENDI

LITERIS MOBILIBUS FUSIS

PRIMA TENTAMINA.

In Q°.

N°. 1.

(*AELII DONATI*) GRAMMATICAE LATINAE fragmenta duo, sive laciniae duae pergamenae libelli Grammatici in usum juventutis, in scholis literariis medii aevi usitati, et ex *AELII DONATI*, celeberrimi Grammatici seculi quarti, pervulgato *Artis Grammaticae* opere, vel hujus operis parte, quae est *de octo partibus orationis*, per quaestiones et responsiones concinnati, seculi XV^i. primo quadrante typis descripti.

Artis typographicae, recens natae, primigenii foetûs reliquiae pretiosissimae, - preli *Costeriani*, vixdum erecti, rudius primordium, - Harlemensium Typographiae incunabulorum notabile monumentum, - veritatis narrationis *Junianae* de typographiae inventione invictum documentum.

Quae Junius, *alter Hollandiae Erasmus* cognominatus, eximiae probitatis et fidei vir, ferreâ valens memoriâ, et acuto atque singulari judicio praeditus, in suo, jussu ordinum Hollandiae, composito opere,

In Q°.
N°. 1.

de typographiae inventione narrat, ab ipso GERARDO THOMÂ, *Costeri* pronepote, a NICOLAO GALIO, QUIRINO TALESIO, aliisque gravissimis testibus sibi tradita, ea mirifice confirmantur testimonio, omnium testimoniorum, quotquot de primi typographei Moguntiaci origine exstant, auctoritate primo et integerrimo, ULRICHI ZELLII Hanoviensis. Hic enim, seculo XV°. medio, in ipsâ Moguntinâ dioecesi clerici officio functus, et artem typographicam ab ipsis primis Moguntinensibus typographis, in officinâ sive *Gutembergicâ* sive *Faustinâ*, edoctus, in *Chronico Coloniensi*, suae Germaniae laudem praedicans, gloriatur, » imprimendi artem, qualis tunc, (se- » culo XV°. ad finem vergente) erat in usu, inventam » esse in Germaniâ, Moguntiae, a GUTEMBERGO; » attamen expressis simul verbis ingenue fatetur, » *primam* » *artis praeadumbrationem* repertam et desumtam esse » ab Hollandiâ e *Donatis*, ibidem jam ante illud tem- » pus excusis; » id est, primam artis ideam excogitatam, primumquè rudius artificii exemplum proditum esse ab Hollandis in Donati libello, jam ante prima Moguntinorum tentamina in Hollandiâ typis descripto, atque ab hoc et ex hoc prioris Hollandici typographei imperfectiore foetu profectum esse artis initium.

Hoc ZELLII testimonium, JUNIO incognitum, ejus saltem menti, cum suam de typographiae incunabulis narrationem literis mandabat, non obversatum, et post exortas demum de hujus narrationis fide historicâ lites a JUNII defensoribus prolatum, omnem illam de verâ artis imprimendi patriâ controversiam tollere, quis aequus hujus causae arbiter neget? nisi forte, ut nullus omnino dubitationi locus incredulioribus relinquatur, desiderari etiam possit talis *Donati*, in Hollandiâ ante seculum XV dimidium impressi, vel exemplar, vel fragmentum, vel documentum aliquod. Ejusmodi autem quoddam documen-

In Q°. No. 1.

tum exhibet MARIANGELI ACCURSII annotatio ad *Donatum* membraneum, Moguntiae excusum a°. 1450, in quâ celeberrimus hic Neapolitanus, per 33 annos CAROLI QUINTI in aulâ versatus, testatur, primos Moguntinos typographos ad factitandam imprimendi artem fuisse *admonitos e Donato Hollandiae*, *prius impresso.* Sive enim hicce *Donatus* Hollandicus, qui Moguntinis typographis admonitioni fuit, impressus fuerit literis mobilibus vel sculptis vel fusis, sive, ut ACCURSIUS putabat, *in tabulâ incisâ*, quâ in re dijudicandâ errare potuit doctissimus antiquarius, artificii typographici minus peritus, qui forte, Italus, Germanici imperatoris minister, haec verba addidit, ne, inventae typographiae laudem Hollandis tribuens, perfectae Germanis videretur denegare; - illud saltem ex hac annotatione manifestissime patet, jam 50 circiter annis ante editam JUNII Bataviam notum fuisse Italis, Hollandos in artis typographicae exercitio Moguntinorum antecessores, et Hollandorum *Donatos Donatis* Moguntinensibus, Faustini et Gutembergici typographei primitiis, exemplo fuisse.

Postea inventa quoque sunt et jam plurimis in bibliothecis ostenduntur varia fragmenta talis antiquissimi Moguntinensis *Donati*, qualem cum Accursianâ illâ annotatione se vidisse narrat bibliographus sui aevi maximus ANGELUS ROCHA, in quibus fragmentis, quod inprimis ZELLII et ACCURSII testimonia confirmat, characteres sive literae sunt simillimae literis *Speculi salvationis* Belgici, a JUNIO nominatim typographeo *Costeriano* tributi, et evidenter diversae a literis, in posterioribus Moguntinensium operibus conspicuis, aliquantulum magis ad Germanorum eâ aetate scribendi rationem conformatis. *Donati* autem Hollandici, a ZELLIO et ACCURSIO memorati, cujus visendi tanto desiderio flagrabat SCRIVERIUS, ut vel in Indiam, si inde

In Q°.
N°. 1.

reportandi daretur facultas, se proficisci velle profiteretur, diu nullae inveniri potuerunt reliquiae. Ast tandem, anno praeteriti seculi quadragesimo, a JOÄNNE ENSCHEDÉO, typographo Harlemensi expertissimo, institutâ peculiari in hanc rem inquisitione, etiam hujus tam diu desiderati *Donati* reperta sunt in hac ipsâ *Harlemi* urbe duo haecce fragmenta, quibus ZELLII, ACCURSII et JUNII testimonia jam nunc ita facta sunt certissima et exploratissima, ut his qui fidem neget, nullis argumentis se velle convinci confiteatur.

Animadverterat scilicet ENSCHEDÉUS, vir sagacissimus, omnium artium, ad rem typographicam pertinentium, peritissimus, bibliopegorum antiquiorum morem, ligamenta librorum corroborandi, agglutinatis foliis pergamenis, eumque in usum, parsimoniae causâ, adhibendi vetustos, emeritos et inutiles libellos pergamenos, et inprimis talium libellorum elementarium, istius aevi scholis usitatorum, qualibus tunc membraneis utebantur pueri, longo usu obsoletorum et disruptorum, divulsa folia, vel lacera atque projecta et e scrutis eruta fragmina.

Hinc et *Donatos* illos Hollandicos, ob frequentissimum hujus libelli in medii aevi scholis usum, fuisse pergamenos, et diuturno puerili usu tandem aliquando mutilos, interdum quoque a bibliopegis suos in usus fuisse accommodatos, non inepte conjiciebat homo acutissimus. Itaque librorum, seculo XV°. impressorum, ligamina, quae eodem aevo consuta tegumentorum habitus, ornamenta vel inscriptiones indicarent, coepit relaxare, evolvere, explorare. Nec diu quaesivit, quin hae deperditi libelli particulae, mox et alia, etiam majora, typographiae antiquissimae *Harlemensis* monumenta, preli *Costeriani* manifestissima documenta, nunc Bibliothecae *Enschedéanae* pretiossima ornamenta, e suis latebris prodirent. Inventae sunt hae

lamellae agglutinatae tabulis ligneis tegumenti vetustissimi coriacei libelli *Psalterii Belgici*, excusi *Delphis*, typis HENRICI ECKERT VAN HOMBERCH, anno 1498, formâ octavâ, unde et *Donati* Hollandici esse reliquias haec fragmenta augurari licet. In Qo. No. 1.

Sunt autem hae laciniae pergamenae, cum ipsius membranae detritae, attenuatae et subfuscae eximiâ vetustate, tum artis typographicae inexercitatissimae et vixdum natae manifestissimis indiciis spectabiles, et ab utroque latere impressae. In pergamenis enim foliis imprimendis, primis typographis non eumdem, qui in chartaceis, fuisse morem unum tantummodo folii latus typis describendi, ipsa membranae natura docet, cui nullum est periculum, impressorum characterum notas averso in folii latere prominentes futuras.

Atramenti genus, quo typi sunt descripti, minus aptum, cujus nimiâ pinguedine literarum ductus non aequabiliter expressi, interdum maculati et conturbati sunt, - literarum forma Gothica rudior, - compendiaria scribendi ratio, sive frequentissimus abbreviationum etiam implicitarum usus, - characterum inconcinnior dispositio, a rectâ lineâ vel sursum vel deorsum frequens aberratio, et binorum, trinûm, quaternûmve multiplices copulationes - verborum et linearum inaequalia disjunctionum spatia, - aliaque plurima incuriosioris tirocinii indicia apertissime demonstrant, illum *Donati* libellum, cujus haec fragmenta sunt particulae, inter prima artis typographicae tentamina referendum esse. Ipsos typos, quibus hae lamellae sunt excusae, fuisse mobiles, cum nonnullae literae inversae evidenter testantur, tum omnium expertissimorum typographorum reique typographicae peritissimorum arbitrûm, qui has lacinias contemplati sunt, unanima et constans affirmavit sententia. Quin et fusos eos esse perhibuerunt plurimi, et in his KONINGIUS, magno quamvis studio

In Q°.
N°. 1.

negaverat typorum ligneorum mobilium acerrimus propugnator MEERMANNUS.

Accuratissimâ autem collatione habitâ hujus *Donati* characterum cum characteribus *Speculi* illius *Belgici*, cujus nominatim inter COSTERI *operarum rudimenta* mentionem fecit JUNIUS, unicuique, harum rerum non plane imperito, luculentissime apparebit, utrumque opus ejusdem artificis, et *Donati* hujus Hollandici literas paulum quidem majores et rudiores esse literis *Speculi*, sed evidenter ejusdem et formae et fabricae, et hujus, quae dicuntur, *capitales* illius capitalibus, hujus abbreviandi notas illius abbreviationibus simillimas. Atque haec *Donati* Hollandici fragmenta si porro conferantur cum detectis Moguntini *Donati* fragmentis, ceterum quidem simillimis, at paululum tantummodo literarum formâ, aliquantulum Germanicae ejus aevi scripturae magis assimilatâ, diversis; omnis illa JUNII narratio de artis typographicae Hollandicâ origine, ejusque a Moguntinis e *Donato* Hollandico desumto exercitio et perfectione jam ita patebit firmata, stabilita, et inconcussis historicis fundamentis nixa, ut nullum de veritate rei dubium superesse possit.

Donavit ENSCHEDÉUS has, a se repertas, inventae typographiae primitias, involucro pergameno inclusas, hujus urbis Senatui, quo in conditorio superne haec verba leguntur:

Reliquiae quaedam

DONATI,

ex testimonio Chronici Coloniensis et MARIANGELI ACCURSII, *olim et jam ante ullum specimen Typographicum urbis* Moguntinensis,

Harlemi *impressi*,

Forte fortunâ Harlemi, *anno* 1740, *tertio Typographiae inventae seculari repertae*

In Q°.

N°. 1.

a

JOHANNE ENSCHEDÉ,

et perpetuo monumento et argumento, Artem istam Harlemi *et inventam, et, priusquam* Moguntiae *exercita fuerit, ibi exercitam fuisse,*

ab eodem

AMPLISSIMO URBIS SUAE

PATRIAE SENATUI

strenae loco

pie donatae,

A°. 1741.

De his fragmentis egerunt SEIZIUS in *Anno seculari inventae typographiae* pag. 110-117, MEERMANNUS *Origin. Typogr.* Tom. I. pag. 126-129, et DE BRUYN *De stad Haarlem en hare geschiedenissen* pag. 278 et seq.

N°. 2.

(*AELII DONATI*) GRAMMATICAE LATINAE in usum juventutis aliud fragmentum; deperditi libelli membraneum folium, duobus constans foliolis formae quartae minoris opistographis, sive quatuor paginis impressis serioris editionis Harlemensis.

Bibliothecae donatum ab Aedilibus Ecclesiae Magnae Sancti Bavonis.

Memorabile hoc Junianae fidei in tradendâ typographiae originis historiâ documentum inventum est anno 1764 in Actis et Chartis Ecclesiae Magnae Harlemensis, involucro crassiori et rudiori libelli formae quartae manuscripti, rationes dictae ecclesiae anni 1474 continentis, alligatum ad conservandam chartae integritatem.

In Q°.
N°. 2.

Scriptus est iste Codicillus manu JOÄNNIS VAN FOREEST, eo anno Praesidis Aedilium Ecclesiae, et in expensis, ibi memoratis, primâ statim paginâ haec legitur annotatio :

» *Item Cornelis die boeckebinder heb ic gheven*
» *VI Rinse gulden van die boecken te binden*
» *op rekeninc.* »

E quâ annotatione evidentissime patet: 1°. illum CORNELIUM *Bibliopegum*, quem suae narrationis testem citat JUNIUS, re verâ, eo tempore, hac in urbe Harlemi vixisse, ibique suam libros compingendi artem factitasse, et 2°. eumdem illum CORNELIUM anno 1474 fuisse bibliopegum Ecclesiae Harlemensis, qui ministerii ecclesiastici libros ligaret, adeoque et hunc ipsum Aedilium libellum ligasse censendus sit. Unde liquet, hoc fragmentum esse particulam *Donati Hollandici*, multo antiquioris anno 1474; nam illum libellum, cujus ligamini adhaeret, prius compactum, quam scriptum fuisse, neque Aediles Ecclesiae suas accepti et expensi rationes in non ligatis chartis notasse, ipsa rei natura et libelli atque scripti contemplatio manifeste docent; neque recens editos, sed diuturno usu obsoletos tantum libros a bibliopegis sui in opificii adminicula adhibitos, neque pergamenum libellum unius alteriusve, sed longo demum multorum annorum usu, ita imminutum fuisse et obsoletum, ut in folia, librorum ligamentis subsidiaria, dirumpendus bibliopegis relinqueretur, perspicuum est. *Hollandici* autem et quidem *Harlemensis Donati* hoc fragmentum esse reliquias aperte testantur ipse, cui alligatum est, codicillus *Harlemensis*, Aedilium Ecclesiae sancti Bavonis libellus, - expressa bibliopegi, qui libellum ligavit, *Harlemensis*, COSTERI quondam famuli, mentio, et inprimis literarum forma *Hollandica*, formae typorum *Speculi Belgici*, a JUNIO nominatim COSTERO tributi, simillima.

In Q°. No. 2.

Insigne vero discrimen cernitur inter illam *Donati* editionem, quam duo priora fragmenta referunt, et hanc, quam hocce fragmentum exhibet, si opus spectetur typographicum, quod in hac rude quidem et inconditum, ast multo tamen dexterius et concinnius, quam in illâ, artificem arguit jam multo exercitatiorem, perfectioribus usum instrumentis; quare prior illa editio procul dubio existimanda est, hanc posteriorem plurimos annos antecessisse. Atqui haec posterior, tanto annorum spatio priorem secuta, ipsa, uti dictum est, multis annis antiquior est anno 1474. Ergo prioris illius natalibus necessario tempus adsignandum est multo remotius, quam Moguntinorum typographorum primitiis adjudicatur vel ab ipso PETRO SCHEFFERO, Moguntiaci commenti primo atque unico vero auctore, omnis TRITHEMIANAE narrationis unico teste et fundamento, artem imprimendi a *novo* inventam *sibi sui*que typographei Moguntini sociis et anno 1450 addicente; cujus in definiendo tempore testimonium confirmatur etiam à novissimo atque acerrimo Moguntinensium propugnatore SCHAABIO, documentis, quae dicuntur, authenticis probante, nullos umquam suum GUTEMBERGUM aut libros aut libellos, ne vel minimam quidem plagulam ante annum 1450 typis descripsisse et edidisse.

Literae initiales in hoc fragmento sunt manu pictae, sive delineatae colore rubro, eodem modo, quo libri manuscripti istius aevi ornabantur, ut libellus pro manuscripto vendi posset. Impressum autem esse hoc fragmentum literis mobilibus fusis expertissimorum typographorum unanima probavit sententia. Quapropter pergamenum hoc folium documentum est luculentissimum, 1°. omnem illam JUNII narrationem de *Cornelio* et de *Donatis*, Moguntinensium in arte typographicâ magistris, et verissimam esse et accuratissimam, et 2°. illos *Donatos*, quos ZELLIUS

In Q°.
N°. 2.

et JUNIUS affirmant, Moguntinis typographis fuisse *exemplo et admonitioni*, non fuisse impressos, ut ACCURSIUS, rei typographicae minus, quam antiquariae, peritus, putabat, *in tabulâ incisâ*, sed typis mobilibus et quidem metallicis fusis, ideoque verae typographiae rudia specimina.

De hoc *Donati* fragmento vidd. MEERMANNUS l. c. vol. II. pag. 218 et seq. in notâ, VAN OOSTEN DE BRUYN l. c. pag. 279 et KONING l. c. pag. 122 et seq.

N°. 3.

SPECULUM HUMANAE SALVATIONIS, exponens 29 capitibus *Historiam lapsûs* sive peccati *primorum hominum et redemtionis humani generis per Christum*, expressam cum tabulis xylographicis coloratis, tum versibus non metricis, sed rythmicis homoeoteleuticis; sine ullâ aut anni, aut loci impressionis, aut typographi notâ. Deëst huic exemplari praefatio.

Operis auctorem suspicatus est MEERMANNUS JOHANNEM quemdam, ordinis *S. Benedicti* monachum in Abbatiâ *S. Ulrichi et S. Afrae Augustae Vindelicorum*, ex versibus hisce in fine editionis cujusdam vetustae hujus libri Latino-Germanicae:

» *Explicit Humanaeque Salutis summula plane*
» *A me fratre* JOHANNE, *tui pater ordinis alme*
» *Vir Benedicte, puto, quasi minimo monacho.* »

Ast hunc JOHANNEM hisce verbis non ipsius *Speculi*, sed hujus libri *Summulae* sive Epitomes metricae, isti editioni additae, se auctorem profiteri probavit HEINECKENUS (*Idée générale d'une collection complette d'estampes* pag. 467). In praefatione ver-

In Q°. No. 3.

sionis Gallicae, a JOÄNNE NICOTIO, Canonico *Insulano*, factae a°. 1448, opusculum VINCENTIO *Bellovacensi* tribui affirmat, testante SCHAABIO (*Geschichte der erfindung der Buchdruckerkunst* Tomo III°. pag. 53), Bibliothecae Regiae Gallicae praefectus VAN PRAET.

